Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipvorvm Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.IX.

VD18 90845390

[Iohannes Georgius Essichius]

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216317

Visual Library

Nat. 1645. JOHANNES GEORGIUS ES-
El. 1690. SICHIUS, Gymnaſii Stuttgardiani
Ob. 1705. Rector primus, Sereniſſimi Conſiliarius & Abbas San-Georgianus deſignatus, mundum intravit 1645. d. 22. Febr. Vaihingæ, Parentibus Johanne Georgio, Archigrammateo primum Vaihingenſi, dein Maulbrunnenſi; Matre Annâ Mariâ Riegerinâ. Pietatis & Literarum tyrocinia ibidem poſuit intrivio, ex quo 1659. in Maulbronnenſe & ſequente Anno in Bebenhuſanum, extremò in Stipendium Ducale receptus, curſum Philologiæ & Philoſophiæ eâ cum dexteritate pertractavit, ut 1664. gradum Magiſterii primo loco conſequeretur. Theologiæ Studio imbuendus præcipitantiâ Linguæ naturali ferè abſterritus ad aliud ſtudium animum applicare conſtituerat, niſi Parentis admonitio conſtans obſtitiſſet, cujus conſilium Concio in Examine Conſiſtoriali articulatè habita corrobravit. Itaque Ober-Kirchum, Epiſcopatus Argentinenſis oppidum, Wirtembergico Duci oppignoratum, ſed Pontificiæ Religioni, paucis admodum civibus exceptis, deditum, miſſus, vicarias operas ea cum manſuetudine & propoſitionis Homileticæ applauſu præſtitit, ut aliquot animas Evangelicæ Veritati ſponte accedentes Chriſto lucrifecerit. Inde Anno 1667 Blabyram ad Præceptoratum Clauſtralem ætatis anno 21. vocatus usque ad annum 1671. ibi perſeveravit; quo ad Diaconiam Göppingenſem promotus. Enimverò decimeſtri nondum exacto, Blabyram ad ſtationem Præceptoris Superioris revocatus, usque ad annum 1683.

iſti

iſti Scholæ inſerviit. Joſepho autem Gmelino, Pædagogarchâ Stutgardianô mortem obeunte ipſe Succeſſor declaratus ope divina, conſiliis maturis, nec non Fautorum adminiculo Pædagogium in Gymnaſium modernum ſecularibus votis expetitum evexit, nihilque adeò illorum omiſit, quæ ad incrementum & ſplendorem iſtius pertinere videbantur. Erecto igitur iſtiusmodi Lyceo ipſe primus Rector conſtitutus officium præclarè ab An. 1685. geſſit, usque ad obitum. Quare Ser. Princeps fidem & merita ejus conſiderans deſignaturam Abbatiæ San-Georgianæ in Sylva Marciana Rectoris muneri anno 1704. clementiſſimè adjecit. In Conjugio vixit ab anno 1671. cum Anna Juditha, Viti Deſchleri Conſulis Blabyrenſis Filia, ex qua Filium reliquit Dominum Joh. Georgium, Intimi Conſilii Secretarium. Vir de cætero animi & linguæ liberioris; Didacticus planè ſingularis, & in omni literatura elegantiore verſatiſſimus; Multorum, cum Optimatum favore floreret, aſylum ad auxilium cujusvis pronum ac paratum. Morbo ventriculi graviſſimo conſumtus Spiritum Deo reddidit Anno 1705. d. 6. Octobr. ætatis 60. menſ. 7. & dimid. Concionem Funebrem habente Domino Erico Weiſsmanno, Antiſtite Cathedrali ex 2. Reg. II. v. 3. Den von den Häuptern der Propheten Kinder auß der Sterblichkeit lebendig hingenommenen Auffseher Eliam deprædicante.

Scripta.